



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Consuetudo salutandi Angelos occurrentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

quid me vult, paratissimum offero; si quid interrogat, interrogatum audio, verbulo vni-
co respondeo, & vel alterum superuacaneum
adiocere caueo. Assueuerat eorum, qui ob- *Consuetu-
do salutandi
Angelos
occurrer-
tium.*
uiam sibi fiebant, Angelos custodes salutare,
aut etiam Deum pro eis orare; interque præ-
tereundum defunctus salutandi officio, spatij
aliquantum se inter & occurrentem relin-
quere honoris causâ.

Per omnem vitam nihil vniquam in eo *Admiran-
da castitas.*
notatum aut gestu solutius, aut signis lasciu-
uius, aut verbo actiue contrarium puritati:
cumque esset ingenio alioqui iucundo ac
blando, hinc semper seuerissimus extitit. At-
que vt gratiâ comitateque alliciebat omnes, ita
singulari morum verecundiâ, castitatis amo-
rem in animis intuentium excitabat: vide-
banturque ab oculis eius quidam quasi radij
vibrari, quibus aspicientes ad castimoniam
accendebat. Sui ipsius verò custodem egit *Seuera sui
custodia.*
circumspectione ac seueritate tantâ, vt quem
lecti locum, corporisque situm, in decum-
bendo, vesperi semel fuisset fortitus, eundem
absque omni motu, seu frigus seu æstus esset,
in auroram vsque tenuisse deprehenderetur.
quem morem reliquo vitæ cursu constantis-
simè obseruauit. Priusquam in lecto se com- *Religiosè
ad somnum
se compo-
nit.*
poneret, diuersas lecti partes his illisque San-
ctis protectoribus suis assignabat. Inter hos
medium